

8°  
03  
JUNIJ  
HINDR

# C. PLINI CAECILI SECUNDI

EPISTULARUM LIBRI NOVEM  
EPISTULARUM AD TRAIANUM LIBER  
PANEGLYRICUS

RECENSUIT

MAURITIUS SCHUSTER

ADIECTAE SUNT DUAE TABULAE



LIPSIAE IN AEDIBUS B.G.TEUBNERI MCMXXXIII

# CONSPECTUS SIGLORUM ET NOTARUM

## CODICES

(qui in recensendis *Epistularum libris IX* adhibiti sunt: cf. supra p. III—XII).

M = codex Mediceus plut. XLVII no. 36, saec. X

V = codex Vaticanus Lat. 3864, saec. IX vel X

B = codex Ashburnhamensis R 98 [37] s. Beluacensis, saec. X

F = codex S. Marci 284, saec. XI vel XII

P = codex Pierpont Morgan, saec. VI

D = codex Dresdensis D 166, saec. XV

m = codex Marcianus Lat. class. XI, 37, saec. XV

o = codex Ottobonianus Lat. 1965, saec. XV

u = codex Urbinas Lat. 1153, saec. XV

x = codex Vindobonensis 48, saec. XV

## EXCERPTA

L = codex Leidensis Vossianus Lat. 98 (ep. 1, 1; 2, 1—6; 6)

Mon. = codex Monacensis 14641 (ep. 1, 6 et 6, 10)

I = codicis Bodleiani Auct. L. 4. 3 supplementa manu scripta  
ad lib. VIII (ep. 8, 8, 3—18, 11)

i = codicis Bodleiani Auct. L. 4. 3 adnotationes manu Guil-  
elmi Budaei adscriptae (ep. 9, 16 et passim)

## EDITIONES

P = editio princeps Ludovici Carbonis an. 1471, contin. libros  
I—VII, IX

r = editio Romana Ioannis Schureneri c. an. 1474, contin.  
libros I—IX

a = editio Aldina, Venetiis an. 1508 (ed. alt. an. 1518), con-  
tin. libros I—IX

s = { Pomp. Laet. = editio Pomponii Laeti an. 1490  
Ber. = editio Philippi Beroaldi an. 1498  
Cat. (Cat. 1) = editio Ioannis Mariae Catanaei an. 1506  
(Cat. 2 = ed. alt. an. 1518)

# XXVIII CONSPECTUS SIGLORUM ET NOTARUM

$\alpha$  = consensus librorum **MV**  
 $\beta$  = consensus librorum **BF II**  
 $\gamma$  = consensus librorum **Dm**  
 $\delta$  = consensus librorum **oux**

In iis autem Epistularum librī locisve, ubi non omnes eiusdem familiae codices praestosunt, hoc siglum denotat eum librum (s. eos libros), quo (quibus) textus ille suppeditatur. quas res iam sub uno aspectu ponemus:

Hunc igitur in modum Epistularum libri novem his exemplaribus **MVBF II Dm oux pras** traditi sunt:

## 1—4: **MVBF II Dm oux pras:**

1, 1, 1—2, 20, 13 *pro(cessit)*; 3, 5, 4 (*quib*)us *omnia*—4, 30  
om. **II**

1, 8; 12; 23; 24 om. **Dm**

1, 16, 1 (*vero*)—20, 7 (*ederet*); 3, 1, 11 (*fuit*)—3, 6 (*potes*);  
8, 4 (*est vale*)—9, 28 (*dixi diligenter*) om. **MV**

2, 1, 1—4, 30, 11 om. **m**

2, 4, 2 (*exstiterim*)—12, 3 (*monstrandumque*); 3, 5, 20  
(*quae te*)—11, 9 (*pluris*) om. **B**

4, 26 om. **BF**

## 5, 1—8, 4 **MBFD oux pras:**

6, 32 (*inde a vicinasque*)—8, 4 om. **B**

7, 1—8, 4 (*curiosi*) habet **F<sup>2</sup>**; vid. p. V

## 5, 8, 4—7 **MDoux pras**

### 8 **Mras:**

8, 3 (*quas obvias*)—18, 11 (*amplissimos hortos*) om. **rs**,  
manu exarata addit **I**; vid. p. XII

## 9, 1—26, 8 **MDoux pras:**

16 om. **Doux prs**, manu exaratam addit **i**; vid. p. XII

## 9, 26, 8—40 **Doux pras.**

(In apparatu critico Aldinae lectiones, quoniam maior earum esse solet praestantia, ante **prs** posui.)

primum librum, quem de sceleribus eius ediderat, eumque ad extremum revolvisse, idem in secundo ac tertio fuisse, tunc abisse. expavit et sic interpretatus est, 6 tamquam idem sibi futurus esset scribendi finis, qui nusset illi legendi: et fuit idem.

Quod me recordantem miseratio subit, quantum vi- 7 giliarum, quantum laboris exhauserit frustra. occursant animo mea mortalitas, mea scripta. nec dubito te quoque eadem cogitatione terrori pro istis, quae inter manus habes. proinde, dum suppetit vita, emitamur, ut 8 mors quam paucissima, quae abolere possit, inveniat! vale.

## 6.

## C. PLINIUS DOMITIO APOLLINARI SUO S.

Amavi curam et sollicitudinem tuam, quod, cum 1 audisses me aestate Tuscos meos petiturum, ne facerem, suasti, dum putas insalubres. est sane gravis 2 et pestilens ora Tuscorum, quae per litus extenditur; sed hi procul a mari recesserunt, quin etiam Appen- 3 nino, saluberrimo montium, subiacent. Atque adeo ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem caeli, 4 regionis situm, villae amoenitatem; quae et tibi audiuit et mihi relatu iucunda erunt.

Caelum est hieme frigidum et gelidum: myrtos, 4 oleas, quaeque alia adsiduo tempore laetantur, aspernatur ac respuit; laurum tamen patitur atque etiam nitidissimam profert, interdum, sed non saepius quam sub urbe nostra, necat. aestatis mira clementia: sem-

<sup>a</sup>**βγδ]** 1 eumque] cum-  $\alpha$  2 revolvisse (-et M)  $\alpha\gamma\delta$  apr  
volvisse (ex -em B)  $\beta$  3 abiisse  $\alpha$  8 animo] -um  $\gamma$   
14 Domitio Apollinari] Addomit. apollinar. ind. B, Domitio om.  
**εβγδα** 16 petiturum] -ros  $\gamma$  24 est] et  $\gamma$  myrto sti-  
bas et quaeque  $\alpha$  25 adsiduo (ass- D)  $\alpha\gamma$ ; cf. Ca.<sup>1</sup> 38 sq. et  
Sch.<sup>1</sup> 55 sq. aestivo **βδα** Cat. 26 ac  $\alpha$  B  
(vid. Sch.<sup>1</sup> 25 sqq. Kl.<sup>1</sup> 1230. Sch.<sup>1</sup> 8) tempore **βγδ** 28 necat]  
as; cf. Kienzle, diss. 72 sqq. et Ca.<sup>1</sup> 42 et Fyδpr  
-gat  $\beta\gamma$

per aer spiritu aliquo movetur; frequentius tamen auras quam ventos habet. hinc senes multi: videoas avos proavosque iam iuvenum, audias fabulas veteres sermonesque maiorum, cumque veneris illo, putas alio te saeculo natum.

Regionis forma pulcherrima: imaginare amphitheatum aliquod immensum et quale sola rerum natura possit effingere. lata et diffusa planities montibus cingitur, montes summa sui parte procera nemora et antiqua habent. frequens ibi et varia venatio. inde caeduae silvae cum ipso monte descendunt. has inter pingues terrenique colles (neque enim facile usquam saxum, etiam si quaeratur, occurrit) planissimis campus fertilitate non cedunt opimamque messem serius tantum, sed non minus percoquunt. sub his per latus omne vineae porriguntur unamque faciem longe latque contexunt; quarum a fine imo quasi margine arbusta nascuntur. prata inde campique, campi, quos non nisi ingentes boves et fortissima aratra perfringunt: tantis glaebris tenacissimum solum, cum primum prosecatur, adsurgit, ut nono demum sulco perdometur. prata florida et gemmea trifolium aliasque herbas teneras semper et molles et quasi novas alunt; cuncta enim perennibus rivis nutriuntur. sed, ubi aquae plurimum, palus nulla, quia devexa terra, quidquid li- quoris accepit nec absorbuit, effundit in Tiberim. medios ille agros secat, navium patiens, omnisque fruges devehit in urbem, hieme dumtaxat et vere; aestate summittitur immensique fluminis nomen arenti alveo deserit, autumno resumit. magnam capies voluptatem,

*αβγδ] 1 aer om. α frequentius] -nter γ 2 hinc hic α multi αβα] -os γδ 4 illo om. γ 6 imaginare] -ri γ 7 et quale] quale γ 11 caeduae αβα crebrae (-re δ) γδ monte ipso δ 12 facile (facere B) usquam B<sup>1</sup>Fγδα facilis quam α 15 decoquunt (sic) α 16 unaque facie βδ 21 ut om. γ perdometur] -atur γ 22 florida] frig- α gemmea\* γα; cf. Sidon. carm. 9,229 gemmea α gemme (-ae o) Fδ iemme B 26 Tyberim F 27 omnisque βγοx] -esque rell. 30 deserit] -at α*

si hunc regionis situm ex monte prospexeris. neque enim terras tibi, sed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam videberis cernere: ea varietate, ea descriptione, quocumque inciderint oculi, reficiuntur.

5 Villa in colle imo sita prospicit quasi ex summo: 14 ita leviter et sensim clivo fallente consurgit, ut, cum adscendere te non putes, sentias adscendisse. a tergo Appenninum, sed longius habet; accipit ab hoc auras quamlibet sereno et placido die, non tamen acres et immodicas, sed spatio ipso lassas et infractas. magna 15 sui parte meridiem spectat aestivumque solem ab hora sexta, hibernum aliquanto maturius quasi invitat in porticum latam et prominulam. multa in hac membra, atrium etiam ex more veterum.

15 Ante porticum xystus in plurimas species distinctus 16 concisusque buxo; demissus inde pronusque pulvinus, cui bestiarum effigies invicem adversas buxus inscripsit; acanthus in plano mollis et paene dixerim liquidus. ambit hunc ambulatio pressis varieque tonsis viridibus inclusa; ab his gestatio in modum circi, quae buxum multiformem humilesque et retentas manu arbusculas circumfit. omnia maceria muniuntur: hanc gradata buxus operit et subtrahit. pratum inde non 18 minus natura quam superiora illa arte visendum; 25 campi deinde porro multaque alia prata et arbusta.

A capite porticus triclinium excurrit; valvis xystum 19 desinentem et protinus pratum multumque ruris vi-

*αβγδ] 1 prospexeris] resp- γ 2 ad eximiam αγδα et eximiam B eximiamque F 6 leviter codd. leniter Ber. consurgit (ass- o) codd.; cf. Sch.<sup>1</sup> 29 sq. 10 sed] et γ ipso om. α 13 prominulam α unum ex Plinii neologismis habet: cf. Sch.<sup>1</sup> 30 sqq. Sch.<sup>5</sup> 3. Ca.<sup>1</sup> 39 sq. Consoli p. 59 (vide infra § 26) pro modo longam βγδα hac αΒγδα haec F hoc δ hanc coni. F. Harder, sed cf. Sch.<sup>5</sup> 35 15 in plurimas species distinctus concisusque buxo αγ; cf. Sch.<sup>5</sup> 6 et 34 concisus in plurimas species distinctus (dest- B) buxo β concisus in pl. sp. distinctusque buxo δapr 17 adversa α 19 tunsis F 25 multaque multa F 26 a om. βδ*

det, fenestris hac latus xysti, et quod prosilit villaे, 5  
hac adiacentis hippodromi nemus comasque prospec-  
tat. contra medium fere porticum diaeta paulum re-  
cedit, cingit areolam, quae quattuor platanis inum-  
bratur. inter has marmoreo labro aqua exundat cir-  
cumiectasque platanos et subiecta platanis leni ad-  
spergine foveat. est in hac diaeta dormitorium cubi-  
culum, quod diem, clamorem, sonum excludit, iuncta-  
que ei cottidiana amicorumque cenatio: areolam illam,  
porticum aliam eademque omnia, quae porticus, ad-  
spicit. est et aliud cubiculum a proxima platano vi-  
ride et umbrosum, marmore excultum podio tenuis,  
nec cedit gratiae marmoris ramos insidentesque ra-  
mis aves imitata pictura. fonticulus in hoc, in fonte  
crater; circa sipunculi plures miscent iucundissimum 15  
murmur.

In cornu porticus amplissimum cubiculum triclinio  
occurrit; aliis fenestris xystum, aliis despicit pratum,  
sed ante piscinam, quae fenestris servit ac subiacet,  
strepitu visuque iucundam: nam ex edito desiliens 20  
aqua suscepta marmore albescit. idem cubiculum  
hieme tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur.  
cohaeret hypocaustum et, si dies nubilus, immisso va-  
pore solis vicem supplet. inde apodyterium balinei  
laxum et hilare excipit cella frigidaria, in qua bapti-  
sterium amplum atque opacum. si natare latius aut te-  
pidius velis, in area piscina est, in proximo puteus, ex  
quo possis rursus adstringi, si paeniteat temporis. frigi-

*αβγδ] 1 hac] hoc α 2 hac] ac βδα 3 diaeta] zeta γ  
recedit] rescidit β 4 quae om. By 5 exundat aqua γ  
7 diaeta] zeta γδ 9 ei] et αγ amicorumque cenatio βγ  
οα amicorum cenatio que α amicorum cenatio ux; cf. Po.,  
Mnem. 1926, 381 et Sch. 34 areola illa γ 10 porticum aliam α  
porticus alia βδα, om. γ; varie de hoc loco iudicaverunt ho-  
mines docti: cf. Ke. 22. Ma. 545. Kl. 984 (hic rectissime) 11 pro-  
fonte βδα 14 in hoc (hac α) in fonte αγ in hoc  
25 frigida α 18 despici] di- α 20 iucundam α] -da rel.  
temp. γ 27 proximo α 28 possis] -it γ temporis]*

dariae cellae conetur media, cui sol benignissime  
praesto est; caldariae magis: prominet enim. in hac  
tres descensiones, duae in sole, tertia a sole longius, a 27  
luce non longius. apodyterio superpositum est sphaeri-  
5 sterium, quod plura genera exercitationis pluresque  
circulos capit. nec procul a balineo scalae, quae in  
cryptoporticum ferunt, prius ad diaetas tres. harum  
alia areolae illi, in qua platani quattuor, alia prato,  
alia vineis imminet diversaque caeli partes ut pro-  
10 spectus habet.

In summa cryptoporticu cubiculum ex ipsa crypto- 28  
porticu excisum, quod hippodromum, vineas, montes  
intuetur. iungitur cubiculum obvium soli, maxime hi-  
berno. hinc oritur diaeta, quae villaе hippodromum  
15 adnectit. haec facies, hic usus a fronte.

A latere aestiva cryptoporticus in edito posita, quae 29  
non adspicere vineas, sed tangere videtur: in media  
triclinium saluberrimum adflatum ex Appenninis val-  
libus recipit; post latissimis fenestris vineas, valvis  
20 aeque vineas, sed per cryptoporticum, quasi admittit.  
a latere triclinii, quod fenestris caret, scalae convivio 30  
utilia secretiore ambitu suggestur. in fine cubiculum,  
cui non minus iucundum prospectum cryptoporticus  
ipsa quam vineae praebent. subest cryptoporticus sub-  
25 terraneae similis; aestate incluso frigore riget contentaque  
aere suo nec desiderat auras nec admittit. post 31  
utramque cryptoporticum, unde triclinium desinit, in-  
cipit porticus ante medium diem hiberna, inclinato die

*αβγδ] 1 benignissime] -mo γ 2 prominet] -ent αδ  
enim om. α 3 discessiones γ 4 longius a luce αγps, om.  
βδα phaeristerium αγ 6 nec βδα non αγ 9 immi-  
net] -ent βα 14 hinc . . . villaе om. α oritur] colitur F  
diaeta] zeta γδ 15 hic] hinc γ usus cod. visus rs; cf.  
Ke. ed. mai. p. 128; ceterum cf. Gu., Mnem. 1929, 54 et Sch. 8  
18 Appenninis\* (Ape- ou) βγouapr (cf. Plin. nat. 3, 118 amnes  
...Appenninos) Appennini α 19 recipit] acc- γouapr 21 tri-  
clinii] -ni γ, -nio α 22 ambitu codd., a (recte, ut docet clau-  
sula); cf. Sch. 8 aditu Pomp. Laet. 26 aere om. γ*

aestiva, hac adeuntur diaetae duae, quarum in altera cubicula quattuor, altera tria, ut circumit sol, aut sole utuntur aut umbra.

32 Hanc dispositionem amoenitatemque tectorum longe longeque praecedit hippodromus. medius patescit statimque intrantium oculis totus offertur, platanis circumit; illae hedera vestiuntur utque summae suis ita imae alienis frondibus virent. hedera truncum et ramos pererrat vicinasque platanos transitu suo copulat. has buxus interiacet; exteriores buxos circum-  
33 venit laurus umbraeque platanorum suam confert. rectus hic hippodromi limes in extrema parte hemicyclo frangitur mutatque faciem: cupressis ambitur et tegitur densiore umbra opacior nigrorque; interioribus circulis (sunt enim plures) purissimum diem  
34 recipit. inde etiam rosas effert umbrarumque frigus non ingrato sole distinguit. finito vario illo multiplici- que curvamine recto limiti redditur, nec huic uni: nam  
35 viae plures intercedentibus buxis dividuntur. alibi pratu- lum, alibi ipsa buxus intervenit in formas mille di-  
scripta, litteras interdum, quae modo nomen domini dicunt, modo artificis: alternis metulae surgunt, alter- nis inserta sunt poma, et in opere urbanissimo subita velut inlati ruris imitatio. medium spatium brevioribus  
36 utrimque platanis adornatur. post has acanthus hinc inde lubricus et flexuosus, deinde plures figurae plura- que nomina.

In capite stibadium candido marmore vite protegi- tur; vitem quattuor columellae Carystiae subeunt. ex

20 cf. Plin. nat. 16, 70. Mart. 3, 58, 3

$\alpha\beta\gamma\delta$ , sed verbo pererrat (v. 9) desinit cod. B] 1 hac haec  $\gamma$  2 sole utuntur aut om.  $\gamma$  4 longe longeque  $\beta$  longeque  $\gamma\delta p$  longe lateque  $\alpha rs$  late longeque  $\alpha$  6 offer- tur] eff.  $\gamma$  8 trunculum  $\beta$  12 hic om.  $\alpha$  15 purissimum] plur. F 18 limiti F<sup>1</sup>ua Cat.] -te rell. nec] ne  $\beta\delta$  uni huic  $\gamma$  20 discripta  $\gamma$ ] de- rell. 21 litteras  $\alpha\gamma$ ] -is rell. quae] quo  $\alpha$  24 veluti  $\gamma$  medium in spatium  $\beta ou a$  bre- vibus  $\alpha$  25 hinc inde om.  $\beta ux$  28 in om.  $\gamma$

stibadio aqua, velut expressa cubantium pondere, si- punculis effluit, cavato lapide suscipitur, gracili mar- more continetur atque ita occulte temperatur, ut im- pleat nec redundet. gustatorium graviorque cena mar- 37 gini imponitur, levior naucularum et avium figuris innatans circumit. contra fons egerit aquam et recipit; nam expulsa in altum in se cadit iunctisque hiatus et absorbetur et tollitur. e regione stibadii adversum cubiculum tantum stibadio reddit ornatus, quantum 10 accipit ab illo. marmore splendet, valvis in viridia pro- minet et exit, alia viridia superioribus inferioribusque fenestris suspicit despicitque. mox zothecula refugit quasi in cubiculum idem atque aliud. lectus hic et undique fenestrae, et tamen lumen obscurum umbra 15 premente. nam laetissima vitis per omne tectum in 39 culmen nititur et adscendit. non secus ibi quam in ne- more iaceas, imbrem tantum tamquam in nemore non sentias. hic quoque fons nascitur simulque subducitur. 40 sunt locis pluribus disposita sedilia e marmore, quae 20 ambulatione fessos ut cubiculum ipsum iuvant. fonti- culi sedilibus adiacent. per totum hippodromum induci fistulis strepunt rivi et, qua manus duxit, se- quuntur: his nunc illa viridia, nunc haec, interdum simul **omnia lavantur**.

25 Vitassem iam dudum, ne viderer argutior, nisi pro- posuisse omnis angulos tecum epistula circumire. neque enim verebar, ne laboriosum esset legenti tibi, 41

$\alpha\beta(F)\gamma\delta]$  1 aquae  $\gamma$  sponculis  $\beta\delta$  2 gracili m. cont. om.  $\beta$  4 redundet et  $\gamma$  cena  $\gamma$ ] -am  $\alpha$ , cenatio  $\beta\delta$  5 nau- cularum  $\alpha$ ; cf. Ca.<sup>1</sup> 44 nauclarum  $\gamma$  navicularum  $\beta\delta a$ ; cf. ep. 3, 16, 9 et 9, 7, 4 6 circumit  $\beta\gamma$  circuit  $\alpha\delta a$  7 hiatus] partibus  $\alpha$  10 marmore  $\alpha\gamma r$ ; cf. Sch.<sup>4</sup> 959 a marmore  $\beta\delta$  aps 12 suspicit] suscipit  $\alpha\gamma$  13 qua quasi  $\gamma$  15 lae- tissimal lect-  $\gamma$  16 ibi om.  $\gamma$  17 iaceas] iaceri  $\alpha$  19 se- dile marmoreum quod ambulatione  $\alpha$  21 induci fistulis] in- ductis fistulis  $\beta\delta apr$  induci  $\gamma$  dulces  $\alpha$  23 haec  $\alpha\gamma a$ , om.  $\beta\delta$  24 lavantur  $\alpha\gamma ours$  iuvantur  $\beta x a$  laetantur p 26 omnis  $\beta\gamma$ ] -es rell.

quod visenti non fuisset, praesertim cum interquiescere, si liberet, depositaque epistula quasi residere saepius posses. praeterea indulsi amori meo: amo enim, quae maxima ex parte ipse incohavi aut incohata 42 percolui. in summa (cur enim non aperiam tibi vel iudicium meum vel errorem?) primum ego officium scriptoris existimo, titulum suum legat atque idem interroget se, quid cooperit scribere, sciatque, si materiae immoratur, non esse longum, longissimum, 43 si aliquid accersit atque attrahit. vides, quot versibus Homerus, quot Vergilius arma, hic Aeneae, Achil- 10 lis ille, describat: brevis tamen uterque est, quia facit, quod instituit. vides, ut Aratus minutissima etiam sidera consecetur et colligat; modum tamen servat: non 44 enim excursus hic eius, sed opus ipsum est. similiter 15 nos, ut 'parva magnis', cum totam villam oculis tuis subicere conamur, si nihil inductum et quasi devium loquimur, non epistula, quae describit, sed villa, quae describitur, magna est.

Verum illuc, unde coepi, ne secundum legem meam 20 iure reprehendar, si longior fuero in hoc, in quod ex- 45 cessi. habes causas, cur ego Tuscos meos Tusculanis, Tiburtinis Praenestinisque praeponam. nam super illa, quae rettuli, altius ibi otium et pinguius eoque se-

11 Homerus—Vergilius: Hom. Il. 18, 478 sqq. Verg. Aen. 8, 620 sqq. 15 excursus: cf. R. Meister, *Xάρτισμα* p. 28 (vid. etiam Quint. 4, 3, 4) 16 Thucyd. 4, 36, 3 ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκόσαι. cf. Herod. 2, 10. Cic. orat. 14. Verg. ecl. 1, 23 al. (vid. Otto 204 sq.)

$\alpha\beta(F)\gamma\delta]$  1 visenti  $\alpha\beta\alpha$  absenti  $\delta]$  ut absenti  $\gamma$  3 meo amori  $\alpha$  4 maxima] -me  $\gamma$  5 in summa (-mam  $\alpha$ )... primum (6) om.  $\beta\delta$  7 titulum  $\alpha\gamma\alpha$ ; cf. Lag. 160 sq. Sch. 54 sq. Sch. 1407 ut titulum  $\beta\delta$  8 interroget] -es  $\gamma$  se] si  $\alpha\gamma$  9 immoratur  $\alpha\gamma\alpha$ ] demor-  $\beta\delta$  10 ac- cersit  $\beta\alpha$  arcessit (acc.  $\gamma\delta$ )  $\alpha\gamma\delta$  11 Virgilius  $\beta\gamma\delta$  ac Achillis  $\alpha$  13 vides ut om.  $\gamma$  20 illuc\*  $\beta\gamma\delta$ ; cf. Plaut. Men. 56. Hor. sat. 1, 1, 108] -ud  $\alpha$  21 in quo  $\beta\delta$  23 Praenestinische  $\alpha\gamma$  (huic lectioni clausula favet; cf. Ca.<sup>1</sup> 27 sq.) Praenestinische (Per-  $\beta$ ) meis  $\beta\alpha\gamma\delta$  Praenestinis meis  $\delta\alpha$

curius: nulla necessitas togae, nemo accersitor ex proximo; placida omnia et quiescentia, quod ipsum salubritati regionis ut purius caelum, ut aer liquidior accedit. ibi animo, ibi corpore maxime valeo. nam stu- 46 diis animum, venatu corpus exerceo. mei quoque nusquam salubrius degunt; usque adhuc certe neminem ex iis, quos eduxeram mecum, (venia sit dicto) ibi amisi. di modo in posterum hoc mihi gaudium, hanc gloriam loco servent! vale.

## 7.

## C. PLINIUS CALVISIO RUFO SUO S.

Nec heredem institui nec praecipere posse rem publicam constat; Saturninus autem, qui nos reliquit heredes, quadrantem rei publicae nostrae, deinde pro 15 quadrante praceptionem quadringentorum milium dedit. hoc, si ius adspicias, in ritum, si defuncti voluntatem, ratum et firmum est. mihi autem defuncti voluntas (vereor, quam in partem iuris consulti, quod sum dicturus, accipient) antiquior iure est, utique in 20 eo, quod ad communem patriam voluit pervenire. an, 3 cui de meo sestertium sedeciens contuli, huic quadringentorum milium paulo amplius tertiam partem ex adventicio denegem?

Scio te quoque a iudicio meo non abhorrere, cum 25 eandem rem publicam ut civis optimus diligas. velim ergo, cum proxime decuriones contrahentur, quid sit

7 venia s. d.: cf. Büchmann, GW.<sup>25</sup> p. 407

$\alpha\beta(F)\gamma\delta$ , a v. 10  $\alpha\gamma\delta$ ] 1 arcessitor  $\gamma$  2 salubritati  $\gamma\alpha$  -te rell. 7 iis  $\beta\alpha$  his rell. 8 di  $\alpha$  dii  $\beta\delta\alpha$ , om.  $\gamma$  11 Calvisio Rufo] Adcalpurnium rufum ind. B Calvisio (om. Rufo)  $\alpha\gamma\delta\alpha$  14 pro quadrante] quadrantem  $\delta\beta$  16 voluntatem... defuncti (17) om.  $\alpha$  19 sum] sim  $\gamma\delta$  antiquiore  $\alpha$  21 sestertium sedeciens] sestertium sedecies  $\alpha\alpha$  ediciens  $\gamma$  his adiciens (adic- u)  $\delta\beta\gamma\delta$  sex decies adiciens  $s$  huic quadringentorum milium  $\alpha$  huic qua quadringentorum milium  $\alpha$  huic ·CCCC· (·CCCC· ux)  $\gamma\delta$  26 sit] si  $\gamma$